Articuli. Pro Mon.s Beatæ Mariæ de Sixena.

0.22.

Interrogatorio; ó Articulos, que se pidieron de Roma, para presentar en la Congregacion, en la Causa de la

Clausura.

Uno es, que se tome inform.n como despues del Concilio aviendo probado & enfermaron todas & de lo que Talavera informó, y entretanto las dejó libres.

Virgilio

GOBIERNO DE ARAGON

G

Merden.

Articulos infrascriptos dat, facit, exhibet, et producit Procurator, et eo nomine Illus. et admodum Rdae. Dnae. Priorissae, et Sororum ~~fratrum~~ nuncupatarum Monasterij de Sixena ordinis S. Joannis Hierosolimitani Merden. seu melius diceris, quos supplicat ad probandum admitti, et super illis examinari testes ad perpetuam rei memoriam, et alias omni meliori modo pro Justificatione, et conservatione Jurium, dictarum Sororum principalium facienda, et petenda in Curia Romana, seu alibi, citra tamen onus superfluae probationis, de quo expresse protestatur.

In primis probare vult, et intendit dicto nomine qualiter veritas fuit, et est, quod clarae memoriae Sancia Regina Aragonum de anno 1188. pro devotione cuiusdam Imaginis B.mae Virginis illic super aquis inventae, et apparentis, fundavit, construxit, et dotavit praedictum Monasterium de Sixena sub Jurisdictione, et protectione ordinis S. Joannis Hierosolimitani, ibique mandavit recipi in Sorores Regulares [religiosas] ~~fratres~~ nuncupatas, sine aliqua dote puellas nobiles ex tribus Regnis oriundas, scilicet Aragoniae, Cataloniae, et Valentiae, voluitque à singulis praedictis ~~fratribus~~ deferri habitum, et Crucem dicti ordinis S. Joannis, ut solent Equites, seu Milites illius, et hoc fuit, et est verum, publicum, et notorium, et fuit, et est publica vox, et fama.

2.o qualiter praedictum Monasterium situm, et fundatum est in loco campestri, et aperto, extra loca habitata, et ità depresso, ut per stagnantes aquas, quae ob situs qualitatem diverti non possunt in proximum flumen, Coelum illud fuerit, et sit valdè insalubre, et periculosum sanitati, et vitae habitantium, prout dicent testes, qui viderunt dictum Monasterium, et situm, et ibi fuerunt, et de hoc fuit, et est publica vox, et fama.

3.o qualiter Camerae, et stantiae inferiores dicti Monasterij fuerunt, et sunt ità humidae, ut parietes undique fluant humore aqueo, et sint inhabitabiles, et propterea necesse fuit, et est praedictis [religiosis] ~~fratribus~~, et earum famulis, et ministris in superioribus appartamentis habitare, et testes hoc sciunt, quia viderunt, et de hoc fuit, et est publica vox, et fama.

4.o qualiter propter dicti Monasterij humiditatem, et coeli intemperiem frequenter dictae [religiosae] ~~fratres~~ et earum famulae, et ministrae infirmantur, et continuè ibi adsunt aliquae infirmae, ità quod aliquando accidit, ut vix una, vel duae supersint benè sanae, quae possint solita munia exercere, et Monasterium gubernare, quod fuit, et est verum, publicum, et notorium, et de hoc fuit, et est publica vox, et fama.

5.o qualiter praedictae [religiosae] ~~fratres~~, et earum Priorissa electae fuerunt, et sunt ab Immemorabili

circa assistere divinis officijs, eaq. celebrare in Choro per decem horas, et ultra tam de
die, quam de nocte singulis diebus, ita quod coniuncta Coeli insalubritate cum tam
diuturno servitio corporali, et continuo, impossibile esset, quod diu viverent, nisi
aliquando de licentia Priorissae exirent de Monast.o ad villas, et loca convicina dicti
Mon.rij, quod fuit, et est verum publicum, et notorium, et de hoc fuit, et est publica vox,
et fama.

6.o qualiter experientia docuit, quod dum predicte fraile experiri tentarunt manere in
clausura iuxta formam Concilij Tridentini, et Constitut. Pij V.ti et Gregorij xiij.
brevi tempore infirmate sunt omnes, et ex eis quamplurime, et senes, et adoles-
centes interierunt, et si eis iniungeretur perpetua clausura, absq. dubio omnes cito
morerentur ex dicti loci humiditate, Coeli insalubritate, et contagione aeris crassi,
quae inter omnes diffunderetur cum simul habitent, vivant, et conveniant, et
consequenter huiusmodi Monast.m destrueretur, et hoc sciunt testes, quia partim
viderunt, et partim iudicant ex experientia temporis preteriti, et ex qualitate
loci, et ex frequentia morborum, in quos incidunt predicte religiosae etiam non
servantes clausuram strictam.

7.o qualiter predicte omnes religiosae, et Priorissae quae pro tempore fuerunt, et sunt in
dicto Mon.rio, natae sunt de nobili progenie, cum non aliae in illud admittantur
quam nobiles puellae trium Regnorum Aragoniae, Cathaloniae, et Valentiae, et conse-
quenter fuerunt, et sunt ut plurimum delicatae complexionis, et faciles ad con-
trahendos morbos, quod fuit, et est verum, publicum, et notorium, et publica
vox, et fama.

8.o qualiter ob predictam Mon.rij humiditatem, et loci insalubritatem, ac diuturnam, et
continuam assistentiam in celebrandis divinis officijs, ac delicatam complexionem
puellarum nobilium illuc ingredientium, predicta q. Regina Sanctia statuit
in fundat.ne, quod nec Priorissa, nec predicte religiosae tenerentur ad servandum
clausuram, sed de licentia Priorissae possent exire, et illuc reverti; et hoc statutum
admissum, et confirmatum fuit à Sede Apostolica per plures Pontifices, quod fuit,
et est verum publicum, et notorium, et pub.ca vox, et fama.

9.o qualiter à fundatione dicti Monasterij citra per plura saecula ibi fuit perpetuo ser-
vatum dictum statutum non servandi clausuram, iuxta tenorem dictae
fundationis etiam post Concilium Tridentinum usq. de tempore Pij Quinti
Priorissa

Priorissa, et religiosae tunc viventes voluerunt facere periculum, an possent
sustinere, et servare dictam clausuram, et per experientiam cognoverunt
impossibile esse diu illam servare, quin omnes morerentur, et ideo scien-
tibus, et patientibus Episcopo Ilerden., Castellano Emposte, caeterisq. ministris
ordinis S.ti Joannis Hierosolimitani, predicte Priorissa, et fraile permanse-
runt, et redierunt in statu pristino non clausurae cum certa restrictione facta
per Castellanum Emposte ordinarium superiorem in quadam visitatione
et ab inde citra usq. ad presens servarunt statum antiquum aliqua-
liter alteratum per dictum Castellanum Emposte, quod fuit, et est
verum, pub.cum et notorium.

X.o qualiter si servanda esset in hoc Monast.o clausura stricte, ut mandatur
per sacrum Concilium Tridentinum, et dictas Constitutiones Apostolicas
subsequutas, nullae puellae nobiles, vel saltem valde paucae reperirentur,
quae vellent includere se in hoc Mon.rio, cum non ad serviendum Deo, sed
ad moriendum viderent se descendere in locum pestilentem, et mortiferum
et ex hoc sequeretur destructio dicti Mon.rij, quod stantibus predictis
quilibet facile posset iudicare, et ita communiter tentum fuit, et tene-
tur, et fuit et est publica vox et fama.

XJ.o qualiter à die fundationis dicti Mon.rij citra, et à x: 20: 30: 40: 50: et centum annis
citra, et ultra, et à tanto tempore, cuius non est memoria hominum in contrarium
nunquam à saeculo auditum fuit aliquid turpe accidisse in hoc Mon.rio: nec in
aliqua ex dictis frailis, sed semper fuit, et est inconcussa, et firma, et communis
fama, et reputatio, quod vixerunt, et vivunt cum maxima honestate, et cum im-
maculato pudoris virginalis ornamento coram Deo, et hominibus, etiam quod non servave-
rint clausuram, sed foras aliquando exiverint, quod fuit, et est publicum, et notorium
et de hoc fuit, et est publica vox, et fama.

XIJ.o qualiter predictum Monast.m habet Jurisdictionem Civilem, et Criminalem, et domi-
nium directum in quibusdam oppidis, et villis convicinis, et Priorissa in illis exer-
cet Justitiam mediantibus suis officialibus, et ministris, et pro felici gubernio dictorum
locorum solita fuit, et est ab immemoriabili citra, personaliter visitare predicta loca
cum alijs frailis dicti Monasterij, et cum nobili comitiva suorum vassallorum, et
quod ut Prelata habens magnam Crucem S.ti Joannis Hierosolimitani tenetur incedere

stabilimenta iuxta fundationem dicti Mon.ii, et cum homagij dicti ordinis Hierosolim.ni
personaliter accedere ad Assambleam Equitum, seu Fratrum Castellaniae Empostae
pro tractandis negocijs communibus, et ita fuit, et est publicum, et notorium, et pub.ca
vox, et fama.

Item qualiter omnia singula, et premissa fuerunt, et sunt vera, et de illis fuit, et
est publica vox, et fama.

Transmittuntur supradicti articuli, super quibus Procurator nostrarum principalium
inducat plures testes bona qualitatis, et famae; et signanter Medicos soliti adhiberi
ad curam nostrarum principalium, ac etiam personas Nobiles practicas loci, et qua-
litatis huius monasterij, et senes, qui possint deponere de solito etiam ante Concilium
et hoc examen fieri poterit coram Metropolitano Caesaraugustan.

Ultra examen, quod in forma authentica ad nos transmittetur apertum, ut illud
possimus scrutare, et videre, an nobis expediat [illegible] presentare in Congreg.ne necesse
erit extrahere fundationem Monasterij factam de [illegible] 1188. cum confirmationibus Apos-
tolicis subsequentibus, et quamlibet earum separatim cum [illegible] authenticatione notarij, ut
possimus producere eas, quae utilia erunt, et [illegible] inutilia, et pro authenticatione
satis erit, quod [illegible] Custos Archivij, ubi [illegible] nobili iura antiqua reperiuntur,
dicat se de verbo ad verbum extraxisse copiam a [illegible] originali bene custodito, et
in nullo sui parte suspecto, et describat [illegible] qualitates, et quod uti [illegible]
dicti Archivij, ad quem spectat exemplare dicta iura, illa extraxit, et in publicam
formam redegit ad instantiam Procuratoris Ill.mi et Rev.di D.ni Priorissae, et eius soro-
rum de Sixena, fratrum, nuncupatarum, deinde se subscribat, et apponat suum
solitum signum, et ad cautelam poterit adhiberi legalitas Judicis ordinarij Eccle-
siastici Caesaraugustan. in aliqua ex dictis copijs sic extractis, ex qua remanebunt
legalizata omnes alia per similitudinem.

In hac autem extractione facienda non erit citanda pars, tum quia Congregatio
non requirit [illegible] solemnitatem, dum scriptura apparet in sui facie a perso-
nae publica extracta, tum quia non convenit quod adversarius intersit extrac-
tioni dictarum Scripturarum, ne si forte aliqua ex illis adesset, quae contra nos faceret,
ipse non requireret illius duplicatum a Notario.

Et hoc salutem.

Camillus Andrianus.

GOBIERNO DE ARAGON